

tiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione subtersignari jussimus.

Signum (L. M.) domini Ottonis secundi imperatoris et invictissimi augusti.

Adelbertus cancellarius ad vicem Petri episcopi et archicancellarii recognovi et scripsi.

*Securitas Venetorum prestita<sup>91</sup> per Ottonem imperatorem.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Anno dominice incarnationis 983, indictione undecima, anno vero regni secundi Ottonis 26<sup>o</sup>, imperii autem ejusdem 16, 7 Idus Junias. Residentibus cum Ottonem piissimo imperatore ac invictissimo augusto Adheleida matre sua, cum Theuphanu conjuge ejus, seu principibus ultramontanis et Italicis, Willigiso Magantino archipresule, et Gielario Magdiburgensi<sup>92</sup>, seu Ecberto Treverensi archipresulibus, Petro Ticinensi<sup>93</sup> et Petro Cumano episcopis, Deodrico Mettensi, Albino Bresenono episcopis, Ezulo duce Bajoriorum, Ottone Willelmo<sup>94</sup> comitibus, aliisque

A quam pluribus majoris et inferioris ordinis nobilibus hominibus, imperialem adierunt celsitudinem Venetici, ostendendo precepta et confirmationes quas antecessores eorum a regibus et ab imperatoribus habuerunt, quatenus pacem et foedera tam firma et rata per imperialem paginam dignitas imperialis constitueret, ut liberi et securi absque ulla læsione per totum suum imperium habirent. Ob quam gratiam consultum est ab omnibus ecclesiasticis viris et secularibus propter divinum amorem et recompensationem regni caelestis, congruum esset efficere, quo iidem Venetici petebant. Idcirco jussit majestas imperii hujusmodi<sup>95</sup> scriptum scribere, et cum confirmatione suæ propriæ manus sigilli sui impressione corroborare, ut deinceps talis dissensio nunquam inter se et illos aut suos heredes oriatur, ut majores et minores illius Venetiæ populi patriæ per suum imperium, orientem versus meridiem occidentem et septentrionem, libere et secure ambulent.

### OTTONIS III IMPERATORIS EDICTUM.

(An. 996 ? Mai.)

Ope codicum Ambrosiani, Florentini, Londinensis, Vindobonensis, Veronensis, et Estensis apud Muratorium recognitum, primo Ottonis III imperatoris conventui ascripsimus, cum Romæ coronatus Romanos, Francos, Bojarios, Saxones, Alsatienses, Suevos, Lotharingos secum congregasset.

*Incipit<sup>96</sup> capitulum domini Ottonis tertii imperatoris piissimi Augusti.*

Cotidie contra leges agitur, cotidie mali male<sup>97</sup> facere non verentur. Ideo hac lege omne per avum, divinitate propicia, valitura edicimus<sup>98</sup>, ut toto anni tempore liceat iudicibus causas agere, lites dirimere, tamultus quæstionum<sup>99</sup> terminare et diffinire, ut qui cotidie leges<sup>100</sup> offendunt, cotidie legis sententia feriantur. Nec enim tempore messium<sup>101</sup> vel vindemiarum legis edictum debent effugere, qui<sup>102</sup> nullo tempore peccare desierunt<sup>103</sup>. Bene enim facere, verum dicere, justitiam amare, rectum<sup>104</sup> judicare, omni tempore<sup>105</sup> licet, semperque licabit, quia a

bonis numquam, a malis autem operibus semper requiescendum esse catholice didicimus et jugiter conservandum, Deo auctore et imperiali majestate, decrevimus. David autem rex et propheta dicit: *Sicuti qui custodiunt iudicium et faciunt justitiam in omni tempore.* In natale vero Domini, in epiphania<sup>106</sup>, in pascha, in ascensione Domini<sup>107</sup>, in pentecosten, in diebus dominicis et in festis præcipuis<sup>108</sup> et in constitutis jejuniorum diebus, iudicarios motus exequi, publicas quæstiones appeti, ut cum omni vigilantia solemnitates christianorum<sup>109</sup> celebrentur, penitus prohibemus<sup>110</sup>.

### OTTONIS III CONSTITUTIO TICINENSIS.

(An. 998. Sept. 20.)

Chronico Fartensi insertam Holstenius, Labbeus, et Muratorius SS. Ital. tom. II, p. 207, et tom. II, p. 496, 497, ediderunt, unde et nos eam iterum proferimus. Nonnulla tamen in ea haberi, exempli gratia, sententiam

### VARIE LECTIONES.

<sup>91</sup> prestitam l. <sup>92</sup> magiburgensi *codd.* <sup>93</sup> ucinensi l. <sup>94</sup> uuielmo *cc.* <sup>95</sup> hujus l. hujusce l. <sup>96</sup> *ita* l. Incipiunt capitula ottonis tertii imperatoris *Fl. Adest versus in L. hic Romæ syndonico rex invidet tertius invidet Otto. In Estensi*: Romæ sindonico rex tertius invidet otto. *Vind. et Veron.*: Festorum placito rex tertius invidet Otto. *Ambrosianus pro capite XII constitutionum a. 967 numerare videtur.* <sup>97</sup> mala l. malum V. *Vn.* <sup>98</sup> e. id est ut l. <sup>99</sup> quæstiones A. <sup>100</sup> legi l. V. *Vn.* <sup>101</sup> messis l. <sup>102</sup> q. in n. A. <sup>103</sup> desierint l. <sup>104</sup> recte l. V. *Vn.* <sup>105</sup> o. t. omnibus l. l. <sup>106</sup> e. et in statutis jejuniorum diebus in diebus quadragesimalibus *edd.* e. in diebus quadragesimalibus V. *Vn.* <sup>107</sup> *deest* l. <sup>108</sup> principibus l. <sup>109</sup> s. quod ch. A. s. quod ch. est V. *Vn. E.* <sup>110</sup> *Codices Vindebonensis, Vn. Est. hæc addunt*: Hæc sunt festivitates præcipue in anno, quæ per omnia venerari debent. Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Johannis evangelistæ, Innocentium, octavæ Domini, octavæ Epiphaniæ, purificationis sanctæ Mariæ, paschæ dierum octo, letaniæ majoris, ascensionis Domini, pentecostes, sancti Johannis baptistæ, octavæ apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri et Pauli, dedicationis sancti archangeli Michaelis, sancti Martini, assumptionis sanctæ Mariæ.

sive presbyteri sunt et annum pontificis, quæ de integra constitutionis fide suspicionem aliquam movere possit, haud diffitemur.

*Incipit constitutio decretalis sacræ legis domni Ottonis piissimi imperatoris.*

Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus, consulibus <sup>111</sup> senatus populique Romani <sup>112</sup>, archiepiscopis <sup>113</sup>, abbatibus, marchionibus, comitibus et cunctis iudicibus intra Italiam constitutis in perpetuum. Comperimus, quod episcopi et abbates ecclesiarum, possessionibus abutantur, et per scripta quibuscumque personis attribuant, et hoc non ad utilitatem ecclesiarum, sed pecuniæ, affinitatis et amicitiae causa. Dumque eorum successores et pro domorum Dei restauratione ac pro rei publicæ officio nostroque obsequio commonentur, suarum ecclesiarum prædia ab aliis detineri causantur, seque imperata non posse perficere, re vera demonstrant. Proinde quia status ecclesiarum Dei annullatur, nostraque imperialis majestas non minus patitur detrimentum, dum subditi nobis debita <sup>114</sup> non possunt exhibere obsequia, constituimus et imperiali edicto confirmamus, ut omnia scripta, sive si libelli nomine sive si emphitheusis prolatum fuerit, quod de ecclesiis Dei sive aliquo modo effici non possit, obeunte actore obeat, solusque detrimentum habeat, qui se ei scripto obligavit atque vinxit, nec omnino ad eum suprascripta damna pertineant, qui ei in regimine successit; sed sit ei libera facultas, omnia quæ per fibellos vel alia quælibet scripta ab alienata fuerint,

**A** in proprium jus ecclesiæ revocare, et ita ordinare, ut Deo et nobis debitum obsequium valeat exhibere. Nam cum regibus et imperatoribus ea quæ regni et imperii sunt, nisi se viventibus <sup>115</sup>, dare non liceat, exceptis ecclesiis, quomodo abbatibus et episcopis res ecclesiarum per tempora suorum successorum distribuere liceat? Omne quippe jus, sive lex, sive quodlibet scriptum, vel quælibet consuetudo, si contra ecclesiæ utilitatem fuerint, in irritum deducenda sunt; nec nostra auctoritate debent firmari, quæ contra imperii auctorem et propagatorem probabuntur inferri. Hoc ergo solum scriptum pro lege in talibus causis habeatur, quod ecclesiæ Dei prositet nullo modo obesse possit. Quod si aliquis contra hanc constitutionem nostram ire tentaverit, tamquam rebellis judicetur, et sit ei anathema maranatha, nisi resipiscat, ab universis episcopis qui huic imperii nostri edicto subscripserunt vel assensum præbuerunt, sive presbyteri sunt. Amen.

**B** Autem <sup>116</sup> 12 Kalendas Octobris, indictione 12 anno 3 domni Gregorii quinti papæ pontificatus, promulgata per manus Gerberti sanctæ Ravennatis ecclesiæ archiepiscopi, in ea synodo in qua Mediolanensi episcopo Arnulfo nomine papatum ablatum est, in basilica beati Petri quæ vocatur ad Cælum aureum; et subscripserunt omnes qui adfuerunt episcopi.

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>111</sup> c. s. p. r. desunt apud Labbeum. <sup>112</sup> lege senatui populoque romano. <sup>113</sup> excidit sine dubio episcopis. <sup>114</sup> deest apud Mur. II. b. <sup>115</sup> ita Mur. II. p. 207. nisi servientibus Mur. II. b. <sup>116</sup> excidit Ticini. MUR.

# MONUMENTA LITURGICA

## HENRICI DENZINGER

IN UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI THEOLOGICÆ PROFESSORIS,

## DE MISSIS GALLICANIS UNDECIM

A cl. MONE detectis

## DISQUISITIO CRITICA

Cum nuper vir in re diplomatica versatissimus Franciscus Josephus Mone, archivio, Magni Ducis Badensium præfectus, rescriptum codicem Reichenaviensem (1) bibliothecæ in Callsruhe perquiret, missæ Gallicanas vetustissimas undecim detexit, quæ sub commentarii Hieronymiani in Mattheum caractere latitabant; quas et publici juris fecit, additis insuper disquisitionibus liturgicis et palæographicis aliisque liturgiæ fragmentis aliunde a se congestis (2) oportebat quidem viro doctissimo eas

(1) Cod. 253.

(2) *Lateinische und griechische Messen aus dem zweiten bis sechsten Jahrh. herausgegeben von Fr. J. Mone, Archivdirector zu Karlsruhe. Frankfurt, C. B. Lizius, 1850.*